

Prima pars

Iam mirantes et pauidi aspiceremus: subito de ipsa profunditate et valde miserabiles audiimus voces dicentes. Miserere nobis miserere: Christe fili dei altissime. Nos itaque vehementer exterriti, ponentes genua in terram: orauimus dicentes cum lacrimis. Domine qui nos creasti. tolle animas nostras: quoniam iudicia tua oculi nostri viderunt in terra. Surgentes autem ingenti luctu et merore simul et timore venimus in locum alium, in quo arbores multas et maximas vidimus. habentes similitudinem fiorum. In ramis autem ipsis volatilia multa, similia aubus celi, voce humana fortiter clamabant dientia. Parce nobis domine qui plasmasti nos parce nobis misericors: quia peccauimus ante faciem tuam super omnem terram. Nos autem orauimus dicentes. Domine misericordissime ostende nobis ista que vidi mus miracula tua quoniam ignoramus quid sint. Venit ergo vox dicens. Non est vestrum nosse mysteria que vidistis: viam pergit vestram. Inte igitur cum ingenti pauore egressi. deuenimus in locum honorabile ac speciosissimum: in quo quatuor viri stabant, habentes figurae venerabiles. tanquam mira pulchritudine decoras: ut credi aut fari omnino facile vix possit. isti siquidem coronas aureas gemmis et lapidibus honorifice positas in capitib[us] habebant: et in manib[us] palmas aureas gestabant. ignis vero maximus ac terribilis ante illos. et spatas acutissimas ante se tenebant. Nos ergo ista cernentes ac valido perculsi timore exclamauimus ad illos dicentes. Domine et servi dei excelsi miseremini nos: ut spate et iste ignis nobis non preueniat nocere. At illi respondentes nobis dixerunt. Nolite timere: viam quam vobis Deus demonstravit: ite securi. Nos n. dominus in isto posuit loco: ut viam hanc seruremus et custodiremus usque in die iudicij quoniam orbem terrae iudicaturus adueniet. Hec nos audientes a sanctis viris illis ac delonge eos salutantes: per transiuum locum ipsum. et per quadraginta continuos dies ambulavimus: nullum omnino cibum sumentes: aquam tamen bibentes.

Ambulantibus ergo nobis: subito voces pli innumerabilis audiimus psallentium. et odor suauissimus quasi balsami optimi ac preciosissimi venit nobis. et sicut de mellis favo dulcissimo os nunc inducorauit. De suauissimo igitur odoris nectare ac celestis melodia cantilene sopor nos arripuit. Post modicum autem surgentes e somno: vidimus ante nos ecclesiam mirabiliter ornatum decoratum ac preciosissimam: quia tota quasi cristallina videbat. in medio autem ipsius ecclesie altare honorificum. et de altari aqua egrediebatur que lacte candidissimi coloris habebat. Nos autem aquam ipsam in veritate lac sperauimus. In circuitu vero fontis illius stabant viri sancti et honorabiles: et cantabant canticos celestes. id est voces cherubin. Nos autem hec intuentes timuimus valde. Ipsa vero ecclesia a parte meridiana similitudinem habebat lapidis prasini preciosi. a parte australi coloris sanguinis mundissimi pendebat. a parte autem occidentali tota erat alba instar lactis et nimis candidissime. stelle super ipsam ecclesiam plusquam h[ab]ebant mundi sidera lucebant. sol ibi septempler lucebat et calebat quia in huius terre regione. alpes et arbores omnes plus alte. et folia ac fructus plures et dulciores quam isti mundi arbores habebant. sed et aquae celi aliter resonabant.

Vita patrum

que aues terre istius. omnis autem terra ipsa duplices habebat colores. id est una facies alba erat ut nix. et alia rubicundissimis coloribus erat. Nos igitur stupentes et in eodem loco adorantes ac ipsos viros salutates: cum timore egressi ceptum iter ampe festinauimus.

Denique post hec centum impleti sunt dies: ut dominus testis est nobis. quod nullo refecti sumus cibo: aqua nos frequenter retocillantes. Cum ecce subito cunctibus nobis: venit populi innumerabilis multitudo virorum ac mulierum obuiam in unum congregati non autem inter illos longiorum preterquam viuis cubiti statuam vidimus. igitur visus illis valde pertinuius. tunc miserabilis ego et peccator theophilus dixi fratribus meis sergio et thymo. Soluente capillos nostros veniamus aduersus eos: forsitan fugient a nobis. et liberabit nos dominus de manibus illorum. Quod cum ipsis visum fuisset bonum: solutis fasciis et capillis nostris: irruimus super eos repente. ipsi autem hoc cernentes: confessum filios suos arripientes: stridentesque dentibus citius aufugeant omnes. Nos autem dominum collaudauimus quem eripuit nos. et transeuntes flumen inuenimus herbas candidas et albas sic lac. dulces velut mel. altas et visque ad unum cubitum. Manducantes itaque de herbis mellifluis ac nos saturantes ex eis: gratiarum actiones creatori omnium obtulimus. qui nos per tantum servauit picula: ac gratuita nos sua gratia nutriebat. Nos interea viam inuenimus speciosam: et cadentes in terram adorauimus et collaudauimus dominum misericordem: qui ea nos demonstavit. Igitur per dies plurimos ipsam viam sequentes: tandem ad speluncam quenamvis honorabilem. tunc signaculo sancte crucis membris vindicibus munitis: in eandem ingressi sumus cryptam. sed nullum ibi inuenientes habitatorem: diximus inter nos. Mundicia sed non est nisi de manu hominis. Mancamus ergo hic usque ad vesperum: et videre habebimus loci huius habitatorem. Hec ergo dictis una hora rupote lassi resedimus: et subito odore suauissimo perfusi obdormiuimus. Rursum igitur paruo intervallo excitati et somno foras speluncam exiuvimus et contra orientem respeximus. et ecce subito figuram hominis a longe perantem vidimus. cuius capilli capitum instar lactis candidissimi aut nimis quam in aera volantes: totum viri corpus operuerant. Ipse autem mox ut nos alonge respexit: semetipsum in terram piecit. pertinus ac rursum eleuans se: ad nos ita clamare cepit. Si vos ex deo estis: sancte crucis signaculo inuite vos ad me usque perantes. sicut autem ex dyabolo: fugite a me dei seruo. Hec eo dicente: tali voce affati sumus. Benedic nobis pars sancte et noli turbari: quoniam et nos servi sumus ihesu christi domini et salvatoris nostri. Renunciavimus siquidem seculo huius vano: factisque sumus monachi. Talia ut audivit: illico ad nos venit. et manus suas ad celum eleuans: diutius orauit. et surgens ab ore capillos ab ore et facie sua tollens: benidixit nos ac locutus est nobis. Ipsi vero capilli capitum ac barbe erat candidi ut lac. faciesque eius sicut vultus angeli. Erat nam sicut lignum secus aquarum decursus plantatum. et per senectute nimia oculi eius non aperiebant. eo quod supercilia eos cooptiebant. vngule neque manus